PIUS PP. VII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Nuper Nobis pro parte Carissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici expositum est, quod dudum Nos per alias Nostras in simili forma Brevis die IV. Februarii MDCCCIII. expeditas Literas supplicationibus Carissimi in Christo Filii Nostri Caroli IV. earumdem Hispaniarum Regis Catholici tunc Regnantis benigne inclinati, annuam Pensionem Ducatorum Auri de Camera tercentorum quadraginta trium, et juliorum undecim, et 3/4 monetæ Romanæ respondentium mille Ducatis de Vellon monetæ Hispanæ hujus Sanctæ Sedis auctoritate reservatam, constitutam, et assignatam super fructibus, redditibus, et proventibus Mensæ Archiepiscopalis Hispalen., quæ de jurepatronatus ejusdem Regis ex privilegio Apostolico, cui non inveniebatur in aliquo derogatum esse, dignoscebatur, in subsidium, et subventionem Hospitalis Dolorum Jesu Christi Mulierum Invalidarum nuncupat. Civitatis Hispalen. sub certis modo, et forma tunc expressis, ac de consensu tunc existentis Archiepiscopi Hispalen. prout in Apostolicis Literis sub plumbo expeditis, quando a Prædecessoribus Nostris hujusmodi Pensio reservata, constituta, et assignata fuit, perhibetur uberius contineri, ad alios quatuordecim Annos prorogavimus. Cum autem eædem causæ favore prædicti Hospitalis, et si tempus quatuordecim annorum a die ultimæ prorogationis jam expiratum, vel expiraturum sit, adhuc perdurent, prædictus Ferdinandus Rex Pensionem hujoi ulterius protrahi cupiat, ac modernus Archiepiscopus Hispalen. suum ad id consensum præstiterit; Nobis propterea ipsius Ferdinandi Regis nomine supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, ac, ut infra, indulgere dignaremur. Nos igitur ejusdem Ferdinandi Regis votis, quantum cum Domino possumus, obsecundare volentes, ac Administratores pti Hospitalis, eorumque singulares personas a quibusvis excomnis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, consilio, attento consensu moderni Archiepiscopi Hispalen., reservationem, constitutionem, et assignationem supra recensitæ Pensionis Annuæ tercentorum quadraginta trium Ducatorum Auri de Camera, et Juliorum undecim, et 3/4 monetæ Romanæ respondentium mille Ducatis de Vellon monetæ Hispanæ super fructibus, redditibus, et proventibus dtæ Mensæ Archiepiscopalis Hispalen., favore pti Hospitalis Civitatis memoratæ a Nostris Prædecessoribus factas ad alios quatuordecim annos a die cessationis ultimæ prorogationis computandos, servata ceteroquin dtarum Nrarum Literarum forma, et dispositione, auctoritate Apostolica, tenore præsentium extendimus, et prorogamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et dti Hospitalis Administratoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Aplici Auditores, et S. R. E. etiam Cardinales de Latere Legatos, Vice Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in Prædecessorum Nostrorum Literis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Augusti MDCCCXVI. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Visto en ausencia del Ministro de S. M. por el Encargado de Negocios
Roma 30. de agosto de 1816.
Francisco Elexaga

Pro Dno Cardli Braschio de Honestis
E. Bernius Substus

Reg.do fol.o 531 n.o 611 a 98 v.to

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

Nota

En vista de este Breve de Su Santidad de prorrogacion por Catorce años mas de la pension de mil ducados vn, que constituyen trescientos quarenta y tres de oro de camara, doce julios y tres quartas partes de otra moneda de Roma sobre la Mitra de Sevilla, que goza el Hospital del Ssmo Cristo de los Dolores de pobres Mugeres impedidas de la misma ciudad, y de lo expuesto por el Señor Fiscal; le ha concedido la Camara por decreto de nueve de este mes el pase en la forma ordinaria: Y por el propio decreto ha retenido la clausula, que contiene, de privilegio Apostolico, que recae sobre el Patronato, que compete à S. M. en la Sta Yga de Sevilla, por ser notorio que este Patronato se halla inherente à la Real corona por otros titulos, que son constantes en las Leyes del Reyno; y tambien la de Jueces Delegados, que se contiene en dho Breve; pues no cumpliendo el M. R. Arzobispo de Sevilla con el pago de la citada pension, compete à los Tribunales Eccos su conocimiento; hallandose asimismo expeditos los recursos protectivos en la camara y Tribunales Rs respectivamte sin necesidad alguna de Jueces Executores de la Curia Romana ò Delegados de ella: Y ha acordado, que con estas prevenciones y declaraciones se entregue este Breve original para su uso, poniendose en el la Nota correspondiente para que asi se entienda y practique su execucion; y con la calidad de que se tome razon en la contaduria General del credito publico. Madrid diez y seis de Noviembre de mil ochocientos diez y seis.

Xptobal Antº de Ilarraza

Tomose razon en la Contaduria pral de Recaudn del Credito publico, previniendose de que este Breve de S. S. se ha de presentar en la Colecturia de Anualidades y Vacantes Eccas de la misma Diocesis para los efectos acordados. Madrid diez y seis de Noviembre de mil ochocientos diez y seis.

Antº Martinez

Tomose razon en esta Colecturia de Anualidades y Vacantes Ecas en trece de Diciembre de mil ochocientos diez y seis = Arroyo

Franco Ruiz

Sin dros en Recaudacion

tomose razon en la Contadª de la Dignidad Arzobispl en el libro de Pension al fº 86. Sevilla 22. de Febº de 1817. José Malo

tomose razon en la Contadª de la Dignidad Arzobispal en el libro de Pensiones, al fº 53. Sevilla 3. de Julio de 1826.

Diego Martinez de Mora

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO

PERGAMINOS, 599
Hospital del Pozo Santo, leg. 6

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO